

INTROIT Jer 29: 11, 12, 14

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et reducám captivitátem vestram de cunctis locis. Ps. 84. 2. Benedixisti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, Aet nunc, et semper, et in sæcula sæculórum.

Amen. Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et reducám captivitátem vestram de cunctis locis.

COLLECT

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis; ut ea, quae pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Romans 13: 8-10

Fratres: Némini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit próximum, legem implévit. Nam: Non adulterábis: Non occídes: Non furáberis: Non falsum testimónium dices: Non concupísces: et si quod est aliud mandátum, in hoc verbo instaurátur: Diliges próximum tuum sicut teípsum. Diléctio próximi malum nos operátur. Plenitúdo ergo legi est diléctio.

GRADUAL Psalm 43: 8-9

Liberásti nos, Dómine, ex affligentibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti. V In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in sæcula. (Ps. 129.1-2) Alleluia, alleluia. V. De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam. Alleluia.

GOSPEL Matthew 8: 23-27

In illo témpore: Ascendénte Jesu in navículam, secúti sunt eum discípuli ejus: et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus, ipse vero dormiébat. Et accessérunt ad eum discípuli ejus, et suscitavérunt eum, dicéntes: Dómine, salva nos, perímus. Et dicit eis Jesus: Quid tímidi estis, módicæ fidei? Tunc surgens, imperávit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. Porro hómines miráti sunt, dicéntes: Qualis est his quia venti et mare obédiunt ei?

OFFERTORY Ps 129: 1-2

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

SECRET

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut hujus sacrificii munus oblátum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper, et múniat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Mark 11: 24

Amen dico vobis, quicquid orántes pétitis, crédite quia accipiétis, et fiet vobis.

POSTCOMMUNION

Múnera tua nos, Deus, a delectiõibus terrénis expédiant: et cæléstibus semper instáurent alimentis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places. Ps. 84. 2. Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is not, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places.

O God, Who knowest us to be set in the midst of dangers so great that, by reason of the frailty of our nature, we cannot always withstand; grant to us health of mind and body, that being helped by Thee, we may overcome the things which we suffer for our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Owe no man any thing, but to love one another: for he that loveth his neighbour hath fulfilled the law. For Thou shalt not commit adultery: Thou shalt not kill: Thou shalt not steal: Thou shalt not bear false witness: Thou shalt not covet: and if there be any other commandment, it is comprised in this word: Thou shalt love thy neighbour as thyself. The love of our neighbour worketh no evil. Love therefore is the fulfilling of the law.

Thou hast delivered us, O Lord, from them that afflict us: and hast put them to shame that hate us. V. In God we will glory all the day: and in Thy name we will give praise forever. (Ps. 129.1-2) Alleluia, alleluia. V. Out of the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my prayer. Alleluia.

At that time, when Jesus entered into the boat, His disciples followed Him: and behold a great tempest arose in the sea, so that the boat was covered with waves, but He was asleep. And His disciples came to Him and awaked Him, saying: Lord, save us, we perish. And Jesus saith to them: Why are you fearful, O ye of little faith? Then rising up, He commanded the winds and the sea, and there came a great calm. But the men wondered, saying: What manner of man is this, for the winds and the sea obey him?

Out of the depths I have cried out to Thee, O Lord: Lord, hear my prayer: out of the depths I have cried out to Thee, O Lord.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the offering of the gifts of this sacrifice, may ever cleanse us and protect our frailty from all evil. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Amen I say to you, whatsoever you ask when you pray, believe that you shall receive, and it shall be done to you.

May Thy gifts, O God, detach us from earthly pleasures, and ever strengthen us with heavenly refreshment. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.